Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Intenta supplicatio
Dormire cor mundu uetet.
Sat conuolutis artubus
Sensum pfunda obluio
Pressit grauauit obrut
Uanis uagantem somnus.
Sunt nempe falsa & friuola
Que mundiali gloria
Ceu dormientes egimus.
Uigilemus hic est ueritas.
Aurum uoluptas gaudium.
Opes honores pspera.
Quecuq; nos inflant mala.
Fit mane nil sunt omnia.
Tu xpe somnu dissice.
Tu rumpe noctis uincula.
Tu solue peccatum uetus.
Nouuq; lumen ingere.

Ymn ad matutinu.
Metru qd Supra

Nox & tenebre & nubila
Confusa mundi & tbida
Lux intrat albescit polus.
Xpc uenit discedite.
Caligo terre scinditur
Percussa solis spiculo.
Rebusq; iam color redit
Uultu nitentis syderis.
Sic nra mox obscuritas
Fraudisq; pectus conscium.
Ruptis retectu nubibus
Regnante pallescit do.

Tunc non licebit claudere
Quod quisq; fuscu cogitat
Sed mane clarescent nouo
Secreta mentis pdita.
Fur ante luce squalido
Impune peccat tempore.
Sed lux dolis contraria
Latere furtu non sinit.
Versuta fraus & callida
Amat tenebris obtegi.
Aptamq; noctem turpibus
Adulter occultus fouet.
Sol ecce surgit igneus.
Piget pudescit pnitet.
Hec teste quisquā lumine
Peccare constanter potest.
Quis mane sumptis nequit
Non erubescit poculis
Cum sit libido temperans
Castumq; nugator sapit.
Nunc nunc seueru uiuitur
Hunc nemo tptat ludicru.
Inepta nunc oms sua
Uultu colorant serio.
Hec hora cunctis utilis
Qua quisq; qd studet gerat.
Miles togatus nauta.
Opifex arator institor.
Illum forensis gloria.
Hunc triste raptat classicu.
Mercator hinc ac rusticus
Duara suspirant lucra.